ac duro fuit, ut Roscii morte nuper non commoveretur? Qui cum esset senex mortuus, tamen propter excellentem artem ac venustatem videbatur omnino mori non debuisse. Ergo ille corporis motu tantum amorem sibi conciliarat a nobis omnibus; nos animorum incredibiles motus celeritatemque ingeniorum neglegemus? (18) Quotiens ego hunc Archiam vidi, judices (utar enim vestra benignitate, quoniam me in hoc novo genere dicendi tam diligenter attenditis), quotiens ego hunc vidi, cum litteram scripsisset nullam, magnum numerum optimorum versuum de iis ipsis rebus, quæ tum agerentur, dicere ex tempore, quotiens revocatum eamdem rem dicere commutatis verbis atque sententiis! Quæ vero accurate cogitateque scripsisset, ea sic vidi probari, ut ad veterum scriptorum laudem perveniret. Hunc ego non diligam, non admirer, [non omni ratione defendendum putem? Atque sic a summis hominibus eruditissimisque accepimus, ceterarum rerum studia et doctrina et præceptis et arte constare, poetam natura ipsa valere et mentis viribus excitari et quasi divino quodam spiritu inflari. Quare suo jure noster ille Ennius sanctos appellat poetas, quod quasi deorum aliquo dono atque munere commendati nobis esse videantur. (19) Sit igitur, judices, sanctum apud vos, humanissimos homines, hoc poetæ nomen, quod nulla umquam barbaria violavit. Saxa et

trad. de *corporis motu*, ajouter « seulement, rien que ». — *tantum*, adj.

18. *quoniam*... Cf. § 3. — *litteram*. Sens! — *magnum numerum* ne se construit pas comme *litteram*. — *dicere ex tempore*, locution qui se traduit par un verbe frq. — *revocatum*, « prié de recommencer. » Se dit proprement des acteurs que l'on rappelle. — *commutatis*. Tenir compte du préfixe. — *sic*... *ut*. — *veterum*, les poètes grecs classiques. — *Atque*, « et pourtant. » — *sic* annonce la proposition infinitive. — *arte*, « la pratique de l'art. » — *ipsa*, « seule. » — *quodam* renforce *divino*. — *inflari*, « comme une flûte, qu'un souffle étranger, d'une origine mystérieuse, ferait vibrer » (Émile Thomas). — *suo jure*. V. n. 1. — *sanctos*. Traduction! — *dono* et *munere*. Marquer la diff. de sens. — *videantur*. Pourquoi le subjonctif après *quod*, « parce que? »

19. *humanissimos*. V. n. 16. — *nulla*... *barbaria* = *nulla barbara gens*. *Barbarus* s'oppose à *humanus*. — *saxa*.. Allusion à Amphion, dont la lyre fit se placer d'elles-mêmes les pierres qui devaient former les murs de Thèbes; au musicien Arion, sauvé d'un naufrage par un dauphin, et au chantre merveilleux Orphée, que suivaient les

solitudines voci respondent, bestiæ sæpe immanes cantu flectuntur atque consistunt : nos instituti rebus optimis non poetarum voce moveamur?

Homerum Colophonii civem esse dicunt suum, Chii suum vindicant, Salaminii repetunt, Smyrnæi vero suum esse confirmant, itaque etiam delubrum * ejus in oppido dedicaverunt; permulti alii præterea pugnant inter se atque contendunt. **9.** Ergo illi alienum, quia poeta fuit, post mortem etiam expetunt : nos hunc vivum, qui et voluntate et legibus noster est, repudiamus, præsertim cum omne olim studium atque omne ingenium contulerit Archias ad populi Romani gloriam laudemque celebrandam?

(20) Nam et Cimbricas res adulescens attigit et ipsi illi C. Mario, qui durior ad hæc studia videbatur, jucundus fuit. Neque enim quisquam est tam aversus a Musis, qui non mandari versibus æternum suorum laborum facile præconium patiatur. Themistoclem illum, summum Athenis virum, dixisse aiunt, cum ex eo quæreretur quod acroama aut cujus vocem libentissime audiret : « Ejus a quo sua virtus optime prædicaretur. » Itaque ille Marius item eximie L. Plotium dilexit, cujus ingenio putabat ea quæ gesserat posse celebrari. (21) Mithridaticum vero bellum, magnum atque difficile et in multa varietate terra

bêtes féroces, charmées par ses chants. — *sæpe* porte sur les verbes qui suivent. — *immanes*, séparé de *bestiæ*, prend une force particulière. « si... qu'elles. » — *rebus optimis*. V. 1, n. *optimarum artium*. — *vindicant* et *repetunt*. Sens! — *confirmant*. V. n. 11. — *itaque* = *et ita*. — *delubrum*. Il s'agit d'un portique carré, nommé « Homéreion » et renfermant un temple et une statue d'Homère. — *ejus*, ici = *ei*. — *permulti* (rendre le préfixe) *alii*. Trois autres villes encore, Rhodes, Argos, Athènes, en outre Ithaque, Pylos-Cymè, etc.

9. — *alienum* s'oppose à *noster*. Homère était forcément étranger à toutes ces villes, sauf une. — *expetunt*. Bien distinguer de *repetunt*. — *voluntate*, § 11; *legibus*, §§ 8-9. — *olim*, « depuis longtemps. »

20. *et*. Le second terme de l'énumération est *Mithridaticum bellum* (21). — *Cimbricas res*, la campagne de Marius, qui se termina par la bataille de Verceil (*Rome*, 7). — *attigit*. L'ouvrage ne fut donc pas terminé. — *durior ad*, « assez peu sensible à. » Cf. § 5. — *æternum* = *quod æternum sit*. — *facile* porte sur *patiatur*. — *acroama*, toute chose ou personne que l'on entend avec plaisir. — (*respondit se libentissime vocem audire*) *ejus*. — *item*, de même qu'Archias. — *celebrari*. Tenir compte du sens propre de *celeber*, n. 4.

marique versatum totum ab hoc expressum est : qui libri non modo L. Lucullum, fortissimum et clarissimum virum, verum etiam populi Romani nomen illustrant. Populus enim Romanus aperuit Lucullo imperante Pontum et regiis quondam opibus et ipsa natura egregie vallatum ; populi Romani exercitus eodem duce non maxima manu innumerabiles Armeniorum copias fudit ; populi Romani laus est urbem amicissimam Cyzicenorum ejusdem consilio ex omni impetu rēgio atque totius belli ore ac faucibus ereptam esse atque servatam ; nostra semper feretur et prædicabitur, L. Lucullo dimicante, cum interfectis ducibus depressa hostium classis, et incredibilis apud Tenedum pugna illa navalis ; nostra sunt tropæa, nostra monumenta, nostri triumphi *. Quæ quorum ingeniis efferuntur, ab eis populi Romani fama celebratur. (22) Carus fuit Africano superiori noster Ennius, itaque etiam in sepulcro Scipionum putatur is esse constitutus ex marmore. At iis laudibus certe non solum ipse qui laudatur, sed etiam populi Romani nomen ornatur. In cælum hujus proavus Cato

FIG. 4. — L. LICINIUS LUCULLUS, le vainqueur de Mithridate.

21. *totum... expressum est*, contraire de *attingere* (20). — *qui libri.* L'idée d' « ouvrage » est contenue dans *expressum est.* — *populus... Romanus* et les deux *populi Romani* doivent, autant que possible, dans la trad., rester en tête des membres de phrase. — *quondam* équivaut à un adjectif déterminant *opibus.* — *non maxima manu.* Lucullus avait 12 000 fantassins et 3 000 cavaliers ; Tigrane, son adversaire, plus de 250 000 hommes. — *ore ac faucibus.* « La guerre est poétiquement représentée comme un monstre dévorant » (P. Thomas). — Les trois *nostra* et *nostri* doivent, dans la trad., être laissés en tête des membres de phrase. — *celebratur.* V. n. 20.

22. *Carus.* Ennius avait parlé de lui dans ses *Annales* (*Rome*, 25) et dans un poème intitulé *Scipion.* — *itaque.* V. n. 19. — *sepulcro :* sur la voie * Appienne, à un mille de Rome. — *putatur,* parce que les statues ne portaient pas de nom. —

tollitur : magnus honos populi Romani rebus adjungitur. Omnes denique illi Maximi, Marcelli, Fulvii non sine communi omnium nostrum laude decorantur. **10.** Ergo illum, qui hæc fecerat, Rudinum hominem, majores nostri in civitatem receperunt : nos hunc, Heracliensem, multis civitatibus expetitum, in hac autem legibus constitutum, de nostra civitate ejiciamus?

(23) Nam si quis minorem gloriæ fructum putat ex Græcis versibus percipi quam ex Latinis, vehementer errat, propterea quod Græca leguntur in omnibus fere gentibus, Latina suis finibus, exiguis sane, continentur. Quare si res eæ, quas gessimus, orbis terræ regionibus definiuntur, cupere debemus, quo manuum nostrarum tela pervenerint, eodem gloriam famamque penetrare, quod cum ipsis populis, de quorum rebus scribitur, hæc ampla sunt, tum eis certe, qui de vita gloriæ causa dimicant, hoc maximum et periculorum incitamentum est et laborum. (24) Quam multos scriptores rerum suarum Magnus ille Alexander secum habuisse dicitur! Atque is tamen, cum in Sigeo ad Achillis tumulum adstitisset : « O fortunate, inquit, adulescens, qui tuæ virtutis Homerum præconem inveneris! » Et vere; nam nisi Ilias illa exstitisset, idem tumulus, qui corpus ejus contexerat, nomen etiam obruis-

certe, ici. = *certo*. — *hujus* désigne Caton d'Utique (*Rome*, 17) : il assistait au procès, sans doute comme *advocatus**, Archias ayant connu son père (§ 6). — *proavus*, « bisaïeul. » — *tollitur*, dans ses *Annales* (*Rome*, 25). — *celebrantur*, toujours dans les *Annales*. — Pour le sens, V. n. 20.

10. — *fecerat*, « avait composé. » — *Rudinum* s'oppose à *Heracliensem*, parce que *Rudiæ* était bien moins important et ne constituait pas une *civitas** *fœderata**. — *multis*. V. §§ 5 et 10. Le membre de phrase n'acquiert-il pas une valeur particulière, si on le rapproche du § 19.

23. *definiuntur*. Sens! — *In omnibus fere gentibus*. « La langue grecque était devenue, grâce aux nombreuses colonies helléniques, aux relations commerciales, aux conquêtes d'Alexandre le Grand, etc., la langue de la civilisation. A Rome même, dès la deuxième guerre punique, les gens instruits écrivaient et parlaient couramment le grec » (P. Thomas). — *exiguis*, celles du *Latium*. Exagération : cf. § 26. — *continentur*. Traduction! — *regionibus* = *terminis*. — *eodem*, adv. de lieu. — *cum... tum*. — *ampla*, « glorieux. » — *de vita... dimicare*, « risquer sa vie. » — *periculorum* = *ad pericula subeunda*. De même pour *labores*.

24. *scriptores* : Anaximène, Aristobule, Callisthène, Clitarque, Onésicrite, Ptolémée, etc. — *præconem*, attr. — *ejus* = *Achillis*. — *Magnus*. Pourquoi Cicéron désigne-t-il Pom-

set. Quid? noster hic Magnus, qui cum virtute fortunam adæquavit, nonne Theophanem Mitylenæum, scriptorem rerum suarum, in contione militum civitate donavit? et nostri illi fortes viri, sed rustici ac milites, dulcedine quadam gloriæ commoti, quasi participes ejusdem laudis magno illud clamore approbaverunt?

(25) Itaque, credo, si civis Romanus Archias legibus non esset, ut ab aliquo imperatore civitate donaretur, perficere non potuit? Sulla, cum Hispanos et Gallos donaret, credo, hunc petentem repudiasset; quem nos in contione vidimus, cum ei libellum poeta de populo subjecisset, quod epigramma in eum fecisset tantummodo alternis versibus longiusculis, statim ex eis rebus, quas tum vendebat, jubere ei præmium tribui, sed ea condicione, ne quid postea scriberet. Qui sedulitatem mali poetæ duxerit aliquo tamen præmio dignam, hujus ingenium et virtutem in scribendo et copiam non expetisset?

(26) Quid? a Q. Metello Pio, familiarissimo suo, qui civitate multos donavit, neque per se neque per Lucullos impetravisset? qui præsertim usque eo de suis rebus scribi cuperet, ut etiam Cordubæ natis poetis, pingue quiddam sonantibus atque peregrinum, tamen aures suas dederit.

pée de cette façon? — *fortunam...* Allusion à la chance de Pompée. (V. *Rome*, 8 et 9.) — *civitate donavit.* Par délégation du peuple, ce droit fut confié à certains généraux, entre autres Marius, Métellus et Pompée. Quant à Sylla, César et Antoine, ils se l'accordèrent eux-mêmes. — *rustici.* Allusion à l'origine. — *ejusdem laudis*, ss.-ent. que leur général.

25. *credo*, ironique. — *ut* dépend de *perficere*. — *potuit.* Sens du conditionnel. — (*civitate donaret.* — *libellum*, « un placet. » — *de populo*, « le premier venu. » — *subjecisset.* Sylla, qui procédait à la vente des biens des proscrits, était sur une estrade. — *epigramma in eum*, « petite pièce de vers à sa louange. » — *tantummodo* porte sur *fecisset*. — *alternis versibus longiusculis*, en distiques élégiaques, où le pentamètre, moins long, alterne avec l'hexamètre. Archias se servait de rythmes bien moins communs, bien plus difficiles à manier! — *sedulitatem*, « la bonne volonté. » — *duxerit*, ici, = « regardait comme. »

26. *multos.* Pendant son proconsulat d'Espagne (79-71), où il combattit contre Sertorius. — *per Lucullos.* La mère de M. et de L. Lucullus était une Cæcilia, sœur de Métellus le Numidique et tante de Métellus Pius. — *impetravisset* (*civitatem*). — Joindre *usque eo ut.* — *sonantibus.* Il s'agit de la prononciation. On se moquait volontiers des auteurs nés à Cordoue.

11. Neque enim est hoc dissimulandum, quod obscurari non potest, sed præ nobis ferendum : trahimur omnes studio laudis et optimus quisque maxime gloria ducitur. Ipsi illi philosophi, etiam in eis libellis, quos de contemnenda gloria scribunt, nomen suum inscribunt : in eo ipso, in quo prædicationem nobilitatemque despiciunt, prædicari de se ac nominari volunt. 27) D. quidem Brutus, summus vir et imperator, Accii, amicissimi sui, carminibus templorum ac monumentorum aditūs exornavit suorum. Jam vero ille, qui cum Ætolis Ennio comite bellavit, Fulvius, non dubitavit Martis manubias Musis consecrare. Quare, in qua urbe imperatores prope armati poetarum nomen et Musarum delubra * coluerunt, in ea non debent togati judices a Musarum honore et a poetarum salute abhorrere.

28) Atque ut id libentius faciatis, jam me vobis, judices, indicabo, et de meo quodam amore gloriæ, nimis acri fortasse, verumtamen honesto, vobis confitebor. Nam quas res nos in consulatu nostro vobiscum simul pro salute hujus urbis atque imperii et pro vita civium proque universa republica gessimus, attigit hic versibus atque inchoavit : quibus auditis, quod mihi magna res et jucunda visa est, hunc ad perficiendum adhortatus sum. Nullam enim virtus aliam mercedem laborum periculorumque desiderat præter hanc laudis et gloriæ : qua quidem

11. *nobilitatemque*. Pour la trad., consulter l'étymologie. — *prædicari* est employé impersonnellement, mais non *nominari*. Pour traduire *nominari*, noter qu'il rappelle *nobilitatem*.

27. *templorum* (*quæ ex manubiis consecraverat*). — *monumentorum*, de tous les monuments publics élevés par lui. — *aditus*, acc. plur. — *dubitavit*. La construction de ce verbe en indique le sens. — *consecrare*. Il avait élevé un temple à Hercule et aux Muses près du Circus Flaminius. — *prope armati*, parce qu'ils rentraient à peine de la guerre. — *togati*. V. *Rome*, 176. — *abhorrere à*, = rester indifférents à.

28. *id*. Le contraire de *abhorrere à Musarum honore et à poetarum salute*. — *indicabo*, « j'ouvrirai mon cœur. — *quodam*, atténue l'expression. — *quas res*, la lutte contre Catilina *vobiscum judicibus*. Les juges, à cette époque (*Rome*, 142), étaient choisis dans les classes de citoyens qui, par leur situation ou leur fortune, étaient attachées au maintien de l'ordre de choses établi et qui avaient soutenu Cicéron. D'ailleurs, en associant les juges à son œuvre, il les intéresse au poète qui va la célébrer. — *attigit*. V. n. 17. — *hic*, archias. — *quibus*, les vers déjà écrits. — *res*, = l'œuvre.

detracta, judices, quid est quod, in hoc tam exiguo vitæ curriculo et tam brevi, tantis nos in laboribus exerceamus? 29) Certe, si nihil animus præsentiret in posterum et si, quibus regionibus vitæ spatium circumscriptum est, eisdem omnes cogitationes terminaret suas, nec tantis se laboribus frangeret, neque tot curis vigiliisque angeretur, nec totiens de vita ipsa dimicaret. Nunc insidet quædam in optimo quōque virtus, quæ noctes ac dies animum gloriæ stimulis concitat atque admonet, non cum vitæ tempore esse dimittendam commemorationem nominis nostri, sed cum omni posteritate adæquandam. **12.** 30) An vero tam parvi animi videamur esse omnes, qui in republica atque in his vitæ periculis laboribusque versamur, ut, cum usque ad extremum spatium nullum tranquillum atque otiosum spiritum duxerimus, nobiscum simul moritura omnia arbitremur? An statuas et imagines *, non animorum simulacra sed corporum, studiose multi summi homines reliquerunt; consiliorum relinquere ac virtutum nostrarum effigiem nonne multo malle debemus, summis ingeniis expressam et politam? Ego vero omnia, quæ gerebam, jam tum in gerendo spargere me ac disseminare arbitrabar in orbis terræ memoriam sempiternam. Hæc vero sive a meo sensu post mortem afutura est, sive, ut sapientissimi homines putaverunt, ad aliquam mei partem pertinebit, nunc quidem certe cogitatione quadam speque delector.

quod. V. n. 10. — *exiguo* se rapporte à l'espace, *brevi* au temps.

29. *Certe*. V. n. 22. — *nihil præsentiret in posterum*, « n'avait aucun pressentiment de l'avenir. » — *regionibus*. V. n. 23. — *terminaret*. Sens! — *nec... neque... nec*. — *angeretur*. Sens réfléchi. — *de vita... dimicaret*. V. n. 23. — *Nunc*, ou *nunc vero*, oppose la réalité à une hypothèse qu'on écarte. — *virtus*, « sentiment généreux. »

30. *An vero*, « ou bien peut-être. » — *tam .. ut*. — *parvi animi*, contraire de *magnanimi*. — *republica*. Sens! — *spatium* (*vitæ*). — *duxerimus*. Sens avec *spiritum*, « souffle? » — *studiose reliquerunt* = *relinquere studuerunt*. — *summis ingeniis* = *a viris summo ingenio præditis*. — *politam* exprime le fini du travail. — *quæ gerebam* (*in consulatu meo*). — *in* est suivi de l'accusatif. — *Hæc* (*memoria orbis terræ sempiterna*). — *sapientissimi* : les philosophes qui croient à l'immortalité de l'âme, comme Pythagore, Socrate, Platon. Lui-même a soutenu la même théorie, par exemple dans le *De senectute*. — *mei*, « de mon être. » — *quidem certe*. V. n. 13.

PÉRORAISON

31 Quare conservate, judices, hominem pudore eo, quem amicorum videtis comprobari cum dignitate tum etiam vetustate, ingenio autem tanto, quantum id convenit existimari, quod summorum hominum ingeniis expetitum esse videatis, causā vero ejus modi, quæ beneficio legis, auctoritate municipii *, testimonio Luculli, tabulis Metelli comprobetur. Quæ cum ita sint, petimus a vobis, judices, si qua, non modo humana, verum etiam divina in tantis ingeniis commendatio debet esse, ut eum, qui vos, qui vestros imperatores, qui populi Romani res gestas semper ornavit, qui etiam his recentibus nostris vestrisque domesticis periculis æternum se testimonium laudis daturum esse profitetur, estque ex eo numero, qui semper apud omnes sancti sunt habiti itaque dicti, sic in vestram accipiatis fidem, ut humanitate vestra levatus potius quam acerbitate violatus esse videatur.

32 Quæ de causa pro mea consuetudine breviter simpliciterque dixi, judices, ea confido probata esse omnibus : quæ a forensi aliena judicialique consuetudine et de hominis ingenio et communiter de ipso studio locutus sum, ea, judices, a vobis spero esse in bonam partem accepta, ab eo, qui judicium exercet, certo scio.

31. On n'omettra pas de rechercher, dans le discours, les arguments développés ailleurs par Cicéron et qu'il résume ici. — *pudore*, « honneur. » — *cum... tum.* — *summorum hominum ingeniis*, « les hommes du plus haut rang et de la plus haute intelligence. » — *causā... ejus modi* = *cujus causa sit ejus modi.* — *municipii*, d'Héraclée. — *in*, « pour. » — *ex eo numero.* V. 16, n. *ex hoc numero.* — *sancti.* V. n. 18. — *itaque* = *talesque.* — *sic... ut.* — *fidem*, « protection. » — *levatus* et *violatus.* Traduction !

32. *communiter*, « en général. » — *judicium exercet.* V. 3, n. *exercente judicium.* — *certo*, « de source certaine. »

INDEX DES NOMS PROPRES

N. B. — 1° *Toutes les dates sont* avant *Jésus-Christ.*
2° *Pour la signification des* *, *voir p.* 9, N. B. 1°.

Accius. V. *Rome*, 26.

Achilles. Achille, le héros de l'*Iliade*.

M. Æmilius Scaurus, consul, 115 et 108, censeur, 109, *princeps* * *senatus*, chef de l'aristocratie ; orateur et écrivain distingué.

Ætoli. Les Étoliens, au N. du golfe de Corinthe.

Africanus. Scipion Émilien. V. *Rome*, 23. — **Africanus Superior.** Scipion l'Africain (*id.*).

Alexander. Alexandre le Grand.

Antiochia. Antioche, capitale de la Syrie (*Rome*, fig. 24). La civilisation grecque s'y était développée sous la dynastie macédonienne des Séleucides.

Appius. V. *Claudius.*

Armenii. Les Arméniens.

Asia. L'Asie Mineure.

D. Brutus. V. *Junius.*

Q. Cæcilius Metellus Numidicus. V. *Rome*, 21. — **Q. Cæcilius Metellus Pius**, préteur quand Archias fit sa déclaration, consul, 80. Son surnom lui venait de ce que, par sa piété filiale, il avait contribué puissamment à faire rappeler son père d'exil.

Carbo. V. *Papirius.*

Cato. Au § 6, Porcius Cato, le père de Caton d'Utique. — Au § 22, Caton le Censeur. V. *Rome*, 17.

Catulus. V. *Lutatius.*

Chii. Les habitants de l'île de Chios.

Cicero. V. *Tullius.*

Cimbricus, *a, um.* Relatif aux Cimbres, peuple germanique.

App. Claudius Pulcher, préteur en 89, l'année où Archias fit sa déclaration, consul en 79, père du trop célèbre Clodius (*Rome*, 17).

Colophonii. Les habitants de Colophon, ville grecque d'Asie Mineure.

Corduba. Cordoue.

Crassus. V. *Licinius.*

Cyziceni. Habitants de Cyzique, en Mysie, sur la Propontide.

Drusus. V. *Livius.*

Ennius. V. *Rome*, 25 et 26.

Fulvii. M. Fulvius Nobilior, consul, 189, soumit l'Étolie. Ami et protecteur d'Ennius, qui le chanta dans les *Annales* et dans une pièce intitulée *Ambracia* (nom d'une ville d'Épire).

L. Furius Philus, consul, 136, cité souvent par Cicéron avec Scipion Émilien et Lælius.

P. Gabinius Capito, préteur en 89, l'année où Archias fit sa déclaration.

Galli. Les Gaulois.

Græcia. La Grèce.

Græcus, *a, um.* Grec.

Grattius. Accusateur d'Archias; personnage d'ailleurs inconnu.

Heraclea. Héraclée. V. *Rome*, 3 n. 3.

Heraclienses. Les habitants d'Héraclée.

Hispani. Les Espagnols.

Homerus. Homère.

Hortensii. Vivaient alors l'orateur (*Rome*, 36), consul, 69; — son père, consul, 97; — et son frère, qui se distingua comme légat de Sylla en Grèce.

Italia. 1. L'Italie entière. — 2. La Grande-Grèce (Italie du Sud; *Rome*, fig. 9).

Ilias. L'*Iliade*, poème épique placé sous le nom d'Homère.

L. Julius Cæsar, censeur, 89.

D. Junius Brutus Gallæcus. Consul, 138, vainquit les Lusitaniens et les habitants de la Galice (*Gallæci*); d'où son *agnomen* *.

C. Laelius. Il s'agit du fils, surnommé *Sapiens*. V. *Rome*, 20.

Latium. V. *Rome*, fig. 2.

L. Lentulus, préteur en 89, présidait une *quæstio* *.

L. Licinius Crassus. V. *Rome*, 18. — **P. Licinius Crassus**, censeur, 89.

L. Licinius Lucullus (140-91), orateur célèbre, mort en exil. — Ses fils étaient : **L. Licinius Lucullus**, surnommé plus tard **Ponticus** (V. *Rome*, 20), et **M. Licinius Lucullus**, édile curule, 79, proconsul de Macédoine, 72, obtint le triomphe à la suite de ses victoires sur les Thraces. C'est à lui que s'attacha surtout Archias.

M. Livius Drusus. V. *Rome*, 7.

Locrenses. Habitants de Locres, colonie grecque au sud de l'Italie (fig. 9).

Luculli. V. *Licinius*.

Q. Lutatius Catulus, consul, 102. Prit part à la bataille de Verceil *. Se tua en 87. Il cultivait les lettres et écrivit l'histoire de son consulat.

Q. Lutatius Catulus Capitolinus, fils du précédent. V. *Rome*, 20.

Magnus. Pompée. V. *Rome*, 22.

Marcelli. M. Claudius Marcellus. V. *Rome*, 20.

Marius. V. *Rome*, 21. Il était peu lettré.

Mars. V. *Rome*, 73.

Maximi. Q. Fabius Maximus. V. *Rome*, 18.

Metellus. V. *Cæcilius*.

Mithridaticus, *a, um*. Relatif à Mithridate. Il s'agit de la seconde guerre, 74-63 (V. *Rome*, 21). Cicéron ne suit pas l'ordre chronologique, qui serait : siège de Cyzique, levé en 73; combat naval de Ténédos; conquête du Pont (72-70); défaite de l'armée arménienne à Tigranocerte (69).

Mitylenæus, *a, um*. De Mitylène, dans l'île de Lesbos.

Musæ. Les Muses.

Neapolitani. Habitants de Naples, colonie grecque, comme l'indique le nom (*Neapolis*, grec signifiant « la nouvelle ville »).

Octavii. Vivaient alors *Cn. Octavius*, consul en 87 avec Cinna et tué par les partisans de Marius; — son frère cadet *Marcus*, qui, tribun de la plèbe, avait proposé une *lex frumentaria*; — son fils *Lucius*, consul, 75; — son neveu *Cnæus*, consul, 76.

C. Papirius Carbo. V. *Plautius*.

C. Papius, tribun de la plèbe, qui fit passer la *lex Papia* (§ 10).

M. Plautius Silvanus, un des deux tribuns qui proposèrent la loi Plantia Papiria.

L. Plotius Gallus, le premier qui enseigna à Rome la rhétorique latine (fin du IIe et début du Ier s.).

Pontus. Le royaume du Pont, qui formait les États héréditaires de Mithridate (*Rome*, fig. 24).

Rhegini. Habitants de Rhegium (sur le détroit de Sicile), colonie grecque (*Rome*, fig. 9).

Roma. Rome.

Romanus, *a*, *um*. Romain.

Q. Roscius Gallus (Comœdus), mort en 62, acteur célèbre, ami de Cicéron, qui l'a défendu en justice et a vanté souvent son caractère et son talent.

Rudinus, *a*, *um*. De *Rudiæ*, Rudies, bourg de Calabre.

Salaminii. Les habitants de Salamis, dans l'île de Chypre (ne pas confondre avec Salamine, près d'Athènes).

Sicilia, *æ*, f. La Sicile.

Sigeum, *i*, n. Le cap Sigée, promontoire de la Troade, à l'entrée de l'Hellespont, dans la mer Égée.

Silvanus. V. *Plautius*.

Smyrnæi. Les habitants de Smyrne (*Rome*, fig. 24).

Sulla. Sylla. V. *Rome*, 23.

Tarentini, *orum*. Habitants de Tarente, colonie grecque (*Rome*, fig. 9).

Tenedus, *i*, f. Ténédos, île de la mer Égée, à peu de distance de l'entrée des Dardanelles.

Themistocles. Thémistocle.

Theophanes. Théophane, historien grec, ami de Pompée, qu'il accompagna dans toutes ses campagnes et sur l'esprit duquel il avait une grande influence.

Q. Tullius Cicero. Frère de l'orateur. Était, lui aussi, écrivain et poète.

PARIS, IMPR. CH. DELAGRAVE

La Bibliothèque
Université d'Ottawa

Echéance

Celui qui rapporte un volume après la dernière date timbrée ci-dessous devra payer une amende de cinq sous, plus un sou pour chaque jour de retard.

The Library
University of Ottawa

Date due

For failure to return a book on or be fore the last date stamped below ther will be a fine of five cents, and an extr charge of one cent for each additional day

JAN 23 1958

NOV - 7 1966 ✓

a39003 0011995296
PA 6279 .A9B6
CICERO.
PRO ARCHIA

CE PA 6279
.A9B6
COO CICERO. PRO ARCHIA P
ACC# 1186378

Cours de Grammaire latine, par E. Chatelain, membre de l'Institut, directeur adjoint à l'Ecole des Hautes Etudes, et Hamel, agrégé de l'Université.

— *Premier Cours* : Petite grammaire méthodique (6e), toile..... 1 50
— Exercices latins avec lexique, (6e) toile..... 2 50
— *Deuxième Cours* : Grammaire latine (5e)..... 1 60
— Exercices latins (5e et 4e)..... 1 50
— *Troisième Cours* : Grammaire complète (4e)..... 2 50

AUTEURS LATINS

PREMIER ET SECOND CYCLES

LES AUTEURS LATINS DU PROGRAMME *(classes de 6e A et de 5e A)*, par H. Bornecque, professeur à la Faculté de Lille, Collart, professeur agrégé et Legros, principal de collège. In-12, avec notes et illustrations. Toile..... 3 75

LES AUTEURS LATINS DU PROGRAMME *(classes de 4e A et de 3e A)*, par H. Bornecque, A. Lerouge, A. Pitou, professeurs agrégés, et Yrondelle, Principal de Collège. (*Sous presse*).

Bacon (François). — *De Dignitate et augmentis scientiarum* (Principaux chapitres). Introduction et notes, par M. Mauxion, toile..... 2 50

César. — *De Bello civili*, par M. Croisset, in-12, cart..... 1 »

César. — *De Bello gallico. 17 cartes coloriées* (Constans et Denis), t. 2 75

Cicéron. — *Catilinaires*, avec introduction, note, index et illustrations, par H. Bornecque et A. Yrondelle. In-12, cart..... 1 50

— *Cato major*, sive *de Senectute Dialogus*, avec introduction, notes, index et illustrations, par H. Bornecque. In-12, cart..... » 75

— *Pro Archia Poeta*, avec introduction, notes, index et illustrations, par H. Bornecque, cart..... » 60

— *Brutus*, avec fragments des orateurs cités dans l'ouvrage, par Deschanel, cart..... » 90

— *De Finibus bonorum et malorum* (livres I et II), avec introduction et notes, par Guyau, cart..... 1 50

— *De Legibus*, livre 1er, avec une introduction, un argument analytique et des notes, par E. Boirac, cart. » 75

— *Deuxième Philippique*, avec notes, par Lanson, cart..... 1 »

— *Cinquième Philippique*, avec notes, par Edet, cart..... 1 »

— *In Verrem de Suppliciis*, édit. Lanson, cart..... 1 »

— *Extraits* de *De Amicitia dialogus*, édit. Girard, br..... » 30

— *Lettres choisies*, nouveau choix, par J. Belleu, cart..... » 60

Orator ad. M. Brutum, par Hémardinquer, cart..... » 90

— *Le Songe de Scipion* (J. Girard), br..... » 25

— *Pro Murena*, avec notes en français, par A. Noel, br..... » 30

— *Tusculanarum disputationum ad M. Brutum*, lib. V, par Berger, cart..... 1 50

— *De Republica*, par Fouillée, c. 2 »

Contiones (Girard et Fedel). In-18, toile..... 3 90

Cornelii Nepotis opera quæ supersunt, par Beaujean, cart..... » 90

De Viris illustribus urbis Romæ, A. Charrier, cart..... 1 10

Epitome historiæ græcæ, par L. Passerat, in-18, cart..... 1 »

Horatii (Q. Flacci) opera, par Cartelier, édition revue et augmentée par L. Passerat, toile..... 2 50

Lucrèce. — *Extraits*, par H. Bergson, professeur au Collège de France, toile..... 1 50

Narrationes par Th. Guiard, c. 2 25

Ovide. — *Morceaux choisis*, par Roques, cart..... 1 25

Morceaux choisis des Métamorphoses, par Jules Duvaux, cart... 2 »

Phædri Augusti liberti fabularum libri V, par Vérien, cart..... » 70

— *Le même ouvrage*, avec notes en français, par W. Rinn, cart..... » 80

Pline (Le Jeune). — *Lettres choisies*, par Demogeot, cart..... 1 25

Salluste — *Conjuration de Catilina, Guerre de Jugurtha, discours et lettres tirés des histoires*, par L. Constans, cart..... 2 »

Sénèque. — *Lettres à Lucilius I-XVI*, édit. class., par R. Thamin et L. Levrault, toile..... 1 50

Selectæ e profanis scriptoribus historiæ, auctore Heuzet, édition simplifiée et graduée, par Peine, t. 1 75

Taciti (C.-C) quæ supersunt opera.

— *Annales*, par Gibon, Naudet et Nicolas, cart..... 2 25

— *Dialogue des orateurs*, par L. Constans, cart..... 1 25

— *Mœurs des Germains*, par L. Constans et P. Girbal, cart..... 1 »

— *Vie d'Agricole*, par L. Constans et P. Girbal, Cart..... » 90

— *Annales*, par L. Constans et P. Girbal, professeur au Lycée de Marseille. *Livres I, II, III, IV, V, VI*, tome 1er, br... 2 25. Relié toile..... 2 75

— *Histoires*, par L. Constans et P. Girbal, toile..... 3 50

Titi Livii res memorabiles, avec sommaires et notes en français, par Moncourt, cart..... 1 40

— *Livres XXIII, XXIV et XXV* (Girard), cart..... 1 75

Publii Virgilii Maronis opera par J. Duvaux, toile..... 3 »